

Ipsaque vocem perdidit Argo.
 Quid! cùm Siculi virgo Pelori, 350
 Rabidos utero succincta canes,
 Omnes pariter solvit hiatus,
 Quis non totos horruit artus,
 Toties uno latrante malo?
 Quid! cùm Ausonium diræ pestes 355
 Voce canorâ mare mulcerent;
 Cùm Pieriâ resonans citharâ
 Thracius Orpheus solitam cantu
 Retinere rates pæne coegit
 Sirena sequi? Quod fuit hujus 360
 Pretium cursus? aurea pellis,
 Majusque mari Medea malum,
 Merces primâ digna carinâ.
 Nunc jam cessit pontus, et omnes
 Patitur leges: non Palladiâ 365
 Compacta manu, regum referens
 Inclita remos, quæritur Argo.
 Quælibet altum cymba pererrat;
 Terminus omnis motus, et urbes
 Muros terrâ posuere novâ. 370
 Nil, quâ fuerat sede, reliquit

Cùm virgo, cuando la doncella Escila, que habita junto á Peloro, *promontorio* de Sicilia, y está rodeada por la cintura de rabiosos perros, abrió á un mismo tiempo todas sus bocas, ¿quién no tembló de piés á cabeza, cuando un solo monstruo daba tantos ladridos? *Cùm diræ*, cuando las *Sirenas*, áquellas terribles pestes. *Quod fuit*, cuál fué la recompensa de esta navegacion? el Vello-cino de oro. *Argo*, ni se echa menós la célebre nave Argo, fabricada con el socorro de Minerva, en la que iban remando hombres ilustres. *Et urbes*, y los habitadores de una ciudad han fundado otras, enviando colonias á nuevas tierras...

Argo, la nave Argo tenía la quilla de encina cortada en la selva de Dodona, en la cual dos palomas, ó mujeres así llamados, daban oráculos: por eso la quilla también los daba.

Virgo Pelori, Escila. Júpiter conduxo aquí la nave de los argonautas por haber Medea despedazado á

Absirto.

Diræ pestes, las sirenas Partenope, Ligia y Leucosia, que desafiaron á cantar á las Musas, y habiendo sido vencidas por estas les pusieron las plumas en la cabeza, lo que llevando á mal, emplearon su canto en daño de los navegantes.

Pervius orbis.
 Indus gelidum potat Araxem:
 Albim Persæ, Rhenumque bibunt.
 Venient annis sæcula seris 375
 Quibus Oceanus vincula rerum
 Laxet, et ingens pateat tellus,
 Tethysque novos detegat orbes,
 Nec sit terris ultima Thule.

Sæcula, tiempo vendrá despues de muchos años, en que el océano rompa los estorbos que le impiden, y deje ver un gran continente, y descubra el mar otros nuevos mundos.

Venient sæcula, Séneca adivinó océano setentrional, era la tierra lo que ha sucedido. *Thule*, isla del mas distante del continente.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

NUTRIX. MEDEA.

N. Alumna, celerem quò rapis tectis pedem? 380
 Resiste, et iras comprime, ac retine impetum.
 Incerta qualis entheos cursus tulit,
 Cùm jam recepto Mænas insanit deo,
 Pindi nivalis vertice, aut Nysæ jugis;
 Talis recursat huc et huc motu effero 385
 Furoris ore signa lymphati gerens.
 Flammata facies spiritum ex alto citat.

INTERP. *Resiste*, detente, reprime tu ira y sosiega tu arrebató. *Qualis Mænas*, así como una Bacante corre furiosamente despues de estar fuera de sí, por el entusiasmo que ha recibido de Baco en las alturas del nevado Pindo, ó por las cumbres de Nisa, de la misma suerte corre Medea enfurecida por todas partes, llevando en su semblante claras señales de su furor y atolondramiento. *Facies*, su rostro encendido le saca suspiros de lo íntimo de su pecho...

ARGUM. Medea camina precipitada á la venganza, sin que pueda su aya persuadirle lo contrario.

NOTAS. *Entheos*: *entheus*, propiamente inspirada del númen.

Lymphati, viene de *lympa*, agua. *Lymphatus* quiere decir enajenado

de sí por haber visto alguna ninfa en la fuente al ir á beber. Así también se decía *ceritus* y *lorvatus*, al que estaba agitado por la representacion de Ceres, ó de alguna fantasma.

Proclamat : oculos uberi fletu rigat :
 Renidet : omnis specimen affectus capit ;
 Hæret, minatur, æstuat, queritur, gemit. 390
 Quò pondus animi verget ? ubi ponet minas ?
 Ubi se iste fluctus franget ? exundat furor.
 Non facile secum versat, aut medium scelus.
 Se vincet : iræ novimus veteres notas :
 Magnum aliquid instat, efferum, immane, impium. 395
 Vultum furoris cerno. Di fallant metum !
M. Si quæris odio, misera, quem statuas modum,
 Imitare amorem : regias egon' ut faces
 Inulta patiar ? segnis hic ibit dies,
 Tanto petitus ambitu, tanto datus ? 400
Dum terra cælum média libratum feret,
 Nitidusque certas mundus evolvit vices,
 Numerusque arenis deerit, et solem dies,
 Noctem sequentur astra : dum siccas polus
 Versabit Arctos ; flumina in pontum cadent ; 405
 Nunquam meus cessabit in pœnas furor,
 Crescetque semper. Quæ ferarum immanitas,
 Quæ Scylla, quæ Charybdis, Ausonium mare

Renidet, se sonríe : no hay pasión de que ella no dé alguna muestra ; se pone pensativa. *Æstuat*, se encoleriza. *Quò verget*, hácia donde se ladeará, *irá á caer el peso* que lleva en su corazón, en quién descargará sus amenazas. *Furor*, su furia como un río sale de madre : no puede ser ordinaria la maldad que está resolviendo interiormente, se excederá á sí misma. *Magnum aliquid*, cercano está algun fracaso grande, horrible, desmesurado é impio : pintada veo en su rostro su cólera : los dioses quieran que salga falso mi temor. *Egon'*, ¿ con qué yo he de permitir sin vengarme que se efectúe el casamiento de la princesa ? ¿ He de pasar sin hacer nada este día con tanta instancia pedido, y tan escasamente alcanzado ? *Dum terra*, mientras que esté la tierra rodeada de aire por todas partes como en equilibrio, y el cielo estrellado forme constantemente las estaciones del año. *Dum potus*, mientras al rededor del Norte den vuelta las dos Osas, *mayor y menor*, que no tienen ocaso. *Cessabit*, cesará de pensar en la venganza. *Quæ Charybdis*, ¿ qué Caribdis que con sus remolinos se sorbe los mares de Italia y Sicilia ? ¿ Qué monte Etna, que oprime la respiración del gigante Encelado, hiérve en tantas amenazas ?...

Arctos siccas, á las dos Osas resda el epíteto de *siccas*, porque nunca se ocultan.

Charybdis, es el mar Jonio y de

Sicilia, que tiene muchos remolinos, y es muy tempestuoso, particularmente cuando sopla el Austro.

Siculumque sorbens, quæque anhelantem premens
 Titana, tantis Ætna fervescit minis ? 410
 Non rapidus amnis, non procellosum mare,
 Pontusque Corò sævus, aut vis ignium
 Adjuta flatu, possit inhibere impetum
 Irasque nostras : sternam et evertam omnia.
 Timuit Creontem, ac bella Thessalici ducis ? 415
 Amor timere neminem verus potest.
 Sed cesserit coactus, et dederit manus ;
 Adire certè, et conjugem extremo alloqui
 Sermone potuit : hoc quoque extimuit ferox.
 Laxare certè tempus immitis fugæ 420
 Genero licebat : liberis unus dies
 Datus duobus : non queror tempus breve :
 Multum patebit : faciet, hic faciet dies,
 Quod nullus unquam taceat. Invadam deos,
 Et cuncta quatiam. *N.* Recipo turbatum malis, 425
 Hera, pectus : animum mitiga. *M.* Sola est quies,
 Mecum ruiná cuncta si video obruta.
 Mecum omnia abeant. Trahere, cum pereas, libet.
NUT. Quàm multa sint fimenda, si perstas, vide.
 Nemo potentes aggredi tutus potest. 430

Possit, podrá poner freno á mi pasión y enojo. *Timuit*, con que Jason temió á Creonte. *Et dederit*, y se rindió. *Licebat*, bien podia, siendo yerno del rey, dilatar el plazo de mi cruel destierro. *Multum*, tiempo habrá de sobra. *Invadam*, he de acometer á los dioses con mis encantos. *Recipe*, sosiega. *Omnia abeant*, piérdase todo, ya que estoy perdida ; y pues voy á perecer, quiero arruinarlo todo.

Titana, Tifeo.
Ætna, volcan en la Sicilia.

Corò ó Caurò, viento que sopla del poniente.

SCENA II.

JASON. MEDEA.

J. O dura fata semper, et sortem asperam,

INTERP. *O dura*, ó hados siempre crueles para mí, ó desgraciada fortuna *la mia*, que igualmente me es contraria cuando me persigue y cuando me deja...

ARGUM. Sintiendo Jason quedar sin Medea, y diciendo para disculparse que él no lo podia remediar, llega á hablarle Medea, y primero

le llena de confumelias, despues le suplica y por último finge quedar satisfecha y reconciliada con él.

- M.* Pœnam putabam, munus, ut video, est fuga.
J. Dum licet abire, profuge, teque hinc eripe.
 Gravis ira regum est semper. *M.* Hoc suades mihi,
 Præstas Creusæ: pellicem invisam amoves. 495
J. Medea amores obicit? *M.* Et cædem, et dolos.
J. Objicere crimen quod potes tandem mihi?
M. Quodcûmque feci. *J.* Restat hoc unum insuper,
 Tuis ut etiam sceleribus fiam nocens.
M. Tua illa, tua sunt illa: cui prodest scelus, 500
 Is fecit. Omnes conjugem infamem arguant;
 Solus tuere, solus insontem voca.
 Tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens.
J. Ingrata vita est, cujus acceptæ pudet.
M. Retinenda non est, cujus acceptæ pudet. 505
J. Quin potius irâ concitam pectus doma.
 Placare natîs. *M.* Abdico, ejuro, abnuo,
 Meis Creusa liberis fratres dabit?
J. Regina gnatis exsulam, afflictiis potens.
M. Non veniat unquam tam malus miseris dies, 510
 Qui prole scædâ misceat prolem inclitam;
 Phœbi nepotes Sisyphi nepotibus.
J. Quid, misera, meque teque in exitium trahis?
 Abscede, quæso. *M.* Supplicem audivit Creo.
J. Quid facere possim, eloquere. *M.* Pro me? vel scelus. 515
J. Hinc rex, et illinc. *M.* Est et his major metus,
 Medea. Nos conflare, certemus, sine,
 Sit pretium Iason. *J.* Cedo defessus malis.
 Et ipsa casus sæpe jam expertos time.
M. Fortuna semper omnis infra me stetit. 520
J. Acastus instat, propior est hostis Creo.
M. Utrumque profuge: nolo ut in socerum manus
 Armes; nec ut te cæde cognatâ inquines,

Suades, me aconsejas esto porque estimas mas á Creusa, y quieres deshacerte de una odiosa concubina. *Omnès arguant*, aunque todos me acusaran de mujer infame, tú solo deberias sacar la cara por mí, y llamarme inocente. *Quin potius*, antes bien sosiega tu irritado corazon: templa tu enojo por amor de los hijos. *Abdico*, no los reconozco, los abomino, los renuncio...

Sisyphi, Creusa era nieta de Sísifo, y Medea del Sol.

- Medea cogit: innocens mecum fuge.
J. Et quis resistet, gemina si bella ingruant? 525
 Creo atque Acastus arma si jungant sua?
M. His adice Colchos, adice Æeten ducem,
 Scythas Pelasgis junge, demersos dabo.
J. Alta extimesco scepra. *M.* Ne cupias, vide.
J. Suspecta ne sint, longa colloquia amputa. 530
M. Nunc, summe, toto, Jupiter, cælo tona:
 Intende dextram: vindices flammæ para,
 Omnemque ruptis nubibus mundum quate:
 Nec diligenti tela librentur manu.
 Vel me, vel istum: quisquis e nobis cadet, 535
 Nocens peribit: non potest in nos tuum
 Errare fulmen. *J.* Sana meditari incipe,
 Et placida fare. Si quid ex soceri domo
 Potest fugam levare, solamen pete.
M. Contemnere animus regias, ut scis, opes 540
 Potest, soletque: liberos tantum fugæ
 Habere comites liceat, in quorum sinu
 Lacrymas profundam. Te novi gnati manent.
J. Parere precibus cupere me fateor tuis;
 Pietat vetat. Namque istud ut possim pali, 545
 Non ipse memet cogat et rex et socer.
 Hæc causa vitæ est, hoc perusti pectoris
 Curis levamen; spiritu citius queam
 Carere, membris, luce. *M.* Sic gnatos amat?
 Bene est, tenetur: vulneri patuit locus. 550
 Suprema certè liceat abeuntem loqui
 Mandatâ: liceat ultimum amplexum dare.
 Gratium est et illud. Voce jam extremâ peto,
 Ne, si qua noster dubius effudit dolor,
 Maneant in animo verba; melioris tibi 555
 Memoria nostrî subeat: hæc iræ data
 Oblitterentur. *J.* Omnia ex animo expuli,
 Precorque, et ipsa fervidam ut mentem regas,

Dabo demersos, acabare con todos ellos. *Nec tela*, tire rayos tu mano sin discernir contra quién. *Locus patuit*, ya sé por qué lado le tengo de acometer. *Peto*, en fin, te pido, que si algunas palabras me ha hecho hablar el dolor que por todas partes me oprime, las eches en olvido, y te acuerdes de aquella Medea que en otro tiempo fué para tí mejor que al presente...

Placideque tractes. Miserias lenit quies.
M. Discessit. Itan'est? vadis oblitus mei, 560
 Et tot meorum facinorum? excidimus tibi?
 Nunquam excidemus. Hoc age, omnes advoca
 Vires et artes. Fructus est scelerum tibi,
 Nullum scelus putare. Vix fraudi est locus.
 Timemur. Hac aggredere, quã nemo potest 565
 Quidquam timere: perge: nunc aude, incipe
 Quidquid potes, Medea, quidquid non potes.
 Tu, fida nutrix, socia mœroris mei,
 Variique casus, misera consilia adjuva.
 Est palla nobis, munus ætheriæ domûs, 570
 Decusque regni, pignus Æetæ datum
 A Sole generis. Est et auro textili
 Monile fulgens, quodque gemmarum nitor
 Distinguit aurum, quò solent cingi comæ.
 Hæc: nostra nati dona nubenti ferant, 575
 Sed ante diris illita ac tincta artibus.
 Vocetur Hocate. Sacra luctifica appara.
 Struantur aræ. Flamma jam tectis sonet.

CHORUS.

Nulla vis flammæ, tumidique venti
 Tanta, nec teli metuenda torti; 580
 Quanta, cum conjux viduata tædis
 Ardet et odit.

Est palla, tengo yo un manto, don de mi casa celestial, alhaja de mi reino, y prenda dada á Etas *en testimonio* de que descende del Sol. *Et et monile*, tengo tambien un collar brillante entrete-gido de oro, y una diadema de oro guarnecida de perlas preciosas, con la que se suele sujetar el cabello. *Sed illita*, però empapados antes, y encantados con artes mágicas. *Appara*, haz, *Medea*, las prevenciones para estas lamentables ceremonias. *Nulla vis*, no tiene tanta fuerza la llama, ni el viento embravecido, ni es tan temible la saeta disparada, como cuando una mujer repudiada por su marido se abrasa en amor y aborrecimiento...

Canta el coro el indecible sentimiento que padece una mujer al verse repudiada de su marido, y el poder que tiene enfurecida: después refiere el desastroso fin de los

argonautas, por haberse atrevido á navegar; pero como Jason se embarcó forzado, le desea el coro toda dicha y prosperidad. Este coro es elegantísimo.

Non, ubi hibernos nebalosus imbres
 Auster advexit; properatque torrens
 Ister, et junctos vetat esse pontes, 585
 Ac vagus errat.
 Non, ubi impellit Rhodanus profundum;
 Aut ubi in rivos nivibus solutis
 Sole jam forti, medioque vere
 Tabuit Hæmus. 590
 Cæcus est ignis stimulatus irâ,
 Nec regi curat, patiturve frenos:
 Haud timet mortem. Cupit ire in ipsos
 Obvius enses.
 Parcite, o divi: veniam precamur, 595
 Vivat ut tutus, mare qui subegit;
 Sed furit vinci dominus profundi
 Regna secunda.
 Ausus æternos agitare currus,
 Immemor metæ juvenis paternæ, 600
 Quos polo sparsit, furiosus ignes
 Ipse recepit.
 Constitit nulli via nota magno:
 Vade quã tutum populo priori:
 Rumpe nec sacro, violente, sancta 605
 Fœdera mundi.
 Quisquis audacis teligit carinæ
 Nobiles remos, nemorisque sacri

Non ubi Auster: no hay tanto que temer cuando el nublado vien-to de mediodia levanta tempestades en el invierno, con las que corre mas caudaloso el Danubio, y rompe los puentes, y sale de madre. *Non ubi Rhodanus*, ni cuando el Ródano precipitado des-agua en el mar, ni cuando el Hemo se derrite, convertidas sus nie-ves en arroyos con la fuerza que ya tiene el sol en medio de la primavera. *Nec curat*, ni sufre que le rijan, ni que le refrenen. *Cupit*, desea arrojarse en medio de las espadas. *Qui subegit*: *pa-ra Jason*, que sujetó los bríos del mar; pero *Neptuno*, soberano de este profundo elemento, lleva muy á mal que el reino que le cayó en segunda suerte sea sojuzgado por los navegantes. *Juve-nis immemor*, el jóven *Faetonte*, que se atrevió á gobernar el carro eterno del Sol, por haberse olvidado del camino que le se-ñaló su padre, padeció los fuegos que inconsideradamente habia esparcido por varias partes del cielo. *Via nota*, á ninguno le costó caro andar por un camino trillado. *Vade*, camina por donde fue-ron con seguridad los antepasados, ni atrevido quebrantes las leyes sacrosantas de la naturaleza...

Pelion densâ spoliavit umbrâ :
 Quisquis intravit scopulos vagantes, 610
 Et tot emensus pelagi labores ,
 Barbarâ funem religavit orâ ,
 Raptor externi rediturus auri ,
 Exitu diro temerata ponti
 Jura piavit. 615
 Exigit pœnas mare provocatum :
 Tiphys in primis domitor profundi
 Liquit indocto regimen magistro ,
 Littore externo procul a paternis
 Occidens regnis , tumuloque vili 620
 Tectus , ignotas jacet inter umbras.
 Aulis, amissi memor inde regis ,
 Portubus lentis retinet carinas
 Stare querentes.
 Ille vocali genitus Camenâ , 625
 Cujus ad chordas modulante plectro
 Restitit torrens , siluere venti ;
 Cui suo cantu volucris relicto
 Adfuit, totâ comitante silvâ ,
 Thracios sparsus jacuit per agros. 630
 At caput tristi fluitavit Hebro :
 Contigit notam Styga , Tartarumque ,
 Non rediturus.
 Stravit Alcides Aquilone natos ;

Scopulos, los dos peñascos de las Simplecadas, que parecían moverse. Religavit funem, se apartaron de la playa extranjera de la Cólquida. Raptor rediturus, para volver con el hurto del oro for stero. Piavit, pagaron con un desastrado fin las respetables leyes del mar que violaron. Tiphys, Tifis, que fué uno de los primeros que dieron leyes al mar, dejó el gobernalle del navio á un piloto poco amaestrado. Inde Aulis, desde entonces el puerto de Aulis, acordándose de aquel piloto que perdió, detiene perezosamente en su puerto las naves que se quejan de su detencion. Ille genitus, aquel Orfeo, hijo de la cantora musa Caliope, al son de cuya lira herida con su peine, ó plectro, se pararon los rios, y se calmaron los vientos. At caput, y su cabeza anduvo nadando por el triste rio Hebro. Natos Aquilone, los hijos de Aquilon Zetes y Calais...

Pelion, en el Pelion, monte de Tesalia, se cortó la madera para fabricar la nave Argo.

Natos Aquilone, Hércules nació

muerte á los dos en la isla de Teno, porque habian estorbado que la nave Argo fuese á Misia por él.

Patre Neptuno genitum necavit,
 Sumere innumeras solitum figuras.
 Ipse post terræ pelagique pacem,
 Post feri Ditis patefacta regna,
 Vivus ardenti recubans in OËtâ,
 Præbuit sævis sua membra flammis, 640
 Tabæ consumptus gemini cruoris
 Munere nuptæ.
 Stravit Anceum violentus ictu
 Setiger. Fratres, Meleagre, matris
 Impius mactas; morerisque dextrâ 645
 Matris iratæ. Meruere cuncti.
 Morte quod crimen tener expiavit
 Herculi magno puer irreptus?
 Raptus est tutas puer infer undas.
 Ite nunc fortes; perarate pontum 650
 Fonte timendo.
 Idmonem, quamvis bene fata nosset,
 Condidit serpens Libycis arenis
 Omnibus verax, sibi falsus uni
 Condidit Mopsus, caruitque Thebis. 655
 Ille si verè cecinit futura,
 Exsul erravit Thetidis maritus.
 Igne fallaci nociturus Argis

Necavit, á Periclimen. Ipse post pacem, el mismo Hércules, despues de haber sujetado el mar y tierra, y descubierto los dominios del dios Pluton. Consumptus, consumido con el veneno de las dos sangres de la Hidra y del centauro Neso, con que estaba inficionado el manto que le regaló su esposa Deyanira. Setiger, un jabalí dió muerte con su violenta acometida á Anceo. Fratres matris, á tus tíos Plexipo y Toxis. Quod crimen, ¿qué delito pagó con la muerte el delicado niño Hílas, á quien no pudo encontrar el esforzado Hércules? Perarate, surcad los mares, siendo temible aun una fuente. Serpens, una serpiente devoró á Idmon, aunque sabia muy bien su suerte. Verax, que á todos profetizaba con verdad, y á sí solo se engañó. Nociturus, por abrasar la armada griega con su traidor fuego...

Genitum, Periclimen se trasmu- taba en varias figuras, y habiendo tomado la de águila, abeja ó mosca segun otros, fué muerto por Hércules.

Raptus est, este niño se llamaba

Hílas; el cual enviado por agua, y cayendo en una fuente de la Bitinia, ó en el rio Aseanio, que está en la Misia, se ahogó. Hércules le estimaba mucho, y le anduvo buscando por mucho tiempo.

Nauplius præceps cadet in profundum.
 Crimini pœnas patrio pependit 660
 Fulmine et ponto moriens Oileus.
 Conjugis fatum redimens Pheræi
 Uxor impendit animam marito.
 Ipse, qui prædam spoliūque jussit
 Aureum primâ revehi carinâ, 665
 Ustus accenso Pelias ahenō
 Arsit angustas vagus inter undas.
 Jam satis, divi, mare vindicastis,
 Parcite jusso.

Uxor... Aceste, mujer del fiero *Admeto*, por libertarle de la muerte sacrificó su vida por su marido. *Ustus*, cocido en una caldera encendida hirvió despedazado entre las estrechas olas. *Parcite*, perdona á Jason que fué mandado.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

NUTRIX.

Pavet animus, horret; magna perniciēs adest. 670
 Immane quantum augescit, et semet dolor
 Accendit ipse, vimque præteritam integrat.
 Vidi furem, sæpe et aggressam deos,
 Cœlum trahentem. Majus his, majus parat
 Medea monstrum. Namque ut attonito gradu 675
 Evasit, et penetrare funestum attigit,
 Totas opes effudit, et quidquid diu
 Etiam ipsa timuit, promit; atque omnem explicat
 Turbam malorum: arcana, secreta, abdita.
 Et triste lævâ comprecans sacrum manu, 680

INTERP. *Immane*, es cosa portentosa cuánto se aumenta é irrita el sentimiento renovando su violencia interrumpida. *Traherentem*, que invocaba al cielo con sus encantos. *Medea parat*, Medea dispone un portento mayor y mas temible que estos, pues luego que salió con paso desatinado y entró en el funesto aposento, hizo alarde de todos sus encantamientos. *Turbam*, la multitud de sus hechizos. *Et comprecans*, é invocando el funesto encanto con la

ARGUM. Cuenta el ara lo que hace y va disponiendo Medea.

NOTAS. *Et comprecans*, los que

oraban ponian la mano derecha sobre el altar, segun Ovidio: *tange manu mensam, tangunt quo more*

Pestes vocat, quascumque ferventis creat
 Arena Libyæ, quasque perpetuâ nive
 Taurus coerçet frigore Arctoo rigens;
 Et omne monstrum. Tracta magicis cantibus
 Squammifera latebris turba desertis adest. 685
 Hic sera serpens corpus immensum trahit,
 Trifidamque linguam exsertat, et quærens quibus
 Mortifera veniat, carmine audito stupet,
 Tumidumque nodis corpus aggestis plicat,
 Cogitque in orbis. Parva sunt, inquit, mala, 690
 Et vile telum est, ima quod tellus creat:
 Cœlo petam venena. Jam nunc tempus est
 Aliquid movere fraude vulgari altius.
 Huc ille vasti more torrentis jacens
 Descendat anguis, cujus immensos duæ 695
 Major minorque sentiunt nodos feræ,
 Major Pelasgis, apta Sidoniis minor,
 Pressasque tandem solvat Ophiucus manus
 Virusque fundat. Adsit ad cantus meos

mano izquierda en el ara, atrae todos los venenos mortíferos que se producen en los arenales de la abrasada África, y los que cubre con su perpétua nieve el monte Tauro, yerto por el frío del Norte. *Turba*, viene multitud escamosa de animales atraídos con mágicas canciones, dejando sus guaridas: aquí viene arrastrando lentamente su disforme cuerpo una serpiente, y vibra su lengua de tres puntas; y buscando á quienes dar muerte, se queda aturdida oído el encanto, y pliega y enroscas su hinchado cuerpo, encogiendo sus anillos. *Et telum*, y son viles las armas. *Anguis jacens*, baje aquí aquel dragon que se extiende á manera de un río dilatado, cuyas inmensas roscas experimentan las dos Osas mayor y menor; siendo favorable *Helice*, que es la mayor, á los Griegos cuando navegan, y Cinosura, la menor, á los de Tiro. Y finalmente el Serpentario suelte las apretadas manos, y derrame el *Dragon* su ponzoña: venga á mis encantos la serpiente Piton, que se atrevió

precales, y así finge sábiamente Séneca esta ceremonia de poner la mano izquierda encima del altar para invocar las deidades ominosas y siniestras.

Trifidamque, por la velocidad con que vibra la lengua le da este epíteto el poeta: *dividida en tres*. *Feræ*, las dos Osas, á las que

abrazo el Dragon, á la mayor con la cola y á la menor con la cabeza.

Ophiucus, esta constelacion es la que regularmente se llama el Serpentario. Carnabutas, Forbas, Triopas, Hércules, Prometeo; parece que tiene cogido al dragon con las manos.

Lacessere ausus gemina Python numina. 700
 Et hydra, et omnis redeat Herculeâ manu
 Succisa serpens, cæde se reparans suâ.
 Tu quoque relictis pervigil Colchis ades,
 Sopite primùm cantibus serpens meis.
 Postquam evocavit omne serpentum genus, 705
 Congerit in unum frugis infaustæ mala,
 Quæcumque generat inivius saxis Eryx;
 Quæ fert opertis hieme perpetuâ jugis
 Sparsus cruore Caucasus Promethei,
 Pharetrâque pugnax Medus, aut Parthus levis; 710
 Et queis sagittas divites Arabes linunt;
 Aut quos sub axe frigido succos legunt
 Lucis Suevi nobiles Hercyniis.
 Quodcumque tellus vere nidifico creat,
 Aut rigida cùm jam bruma decussit decus 715
 Nemorum, et nivali cuncta constrinxit gelu;
 Quodcumque gramen flore mortifero viret,
 Dirusve tortis succus in radicibus
 Causas nocendi gignit, attrahat manu.
 Hæmonius illas contulit pestes Athos, 720
 Has Pindus ingens; illa Pangæi jugis
 Teneram cruentâ falce deposuit comam;
 Has aluit altum gurgitem Tigris premens,
 Danubius illas; has per arentes plagas
 Tepidis Hydaspes gemmifer currens aquis, 725

á provocar á las deidades *Apolo y Diana*. *Reparans*, renovándose de su misma muerte. *Tu quoque*, tú también, dragon adormecido antes con mis encantos, ven vigilante, dejando á Colcos. *Mala*, los tósigos de las yerbas venenosas, todas las que produce el Erix inaccesible por sus peñascos, y las que el Cáucaso rociado con la sangre de Prometeo cria en sus cumbres cubiertas de perpétua nieve. *Et queis*, y los venenos con que los ricos Arabes enherbolan sus saetas. *Sub axe*, en el setentrion. *Vere nidifico*, en el verano á propósito para hacer las aves sus nidos: ó cuando el helado invierno despojó á los bosques de su ornato, de sus hojas, y comprimió todas las cosas con el yerto frio. *Attrahat manu*, coge todas las yerbas venenosas ó jugos que causan muerte, depositados en las retorcidas y dañosas raíces. *Athos*, el monte Atos Hemonio le dió aquellas yerbas venenosas, estas el Pindo; á aquella planta la despojó de sus tiernas hojas en las cumbres del Pangeo con la hoz sangrienta: el rápido Tigris produjo estas á las márgenes de su profunda corriente... otras le su ministró el Hidaspes,

Nomenque terris qui dedit Bætis suis,
 Hesperia pulsans maria languenti vado;
 Hæc passa ferrum est, dum parat Phœbus diem;
 Illius altâ nocte succisus frutex;
 At hujus ungue secta cantato seges. 730
 Mortifera carpit gramina, ac serpentium
 Saniem exprimit: miscetque et obscenas aves,
 Mœstique cor bubonis, et rauca strigis
 Exsecta vivæ viscera. Hæc scelerum artifex
 Discreta ponit. His rapax vis ignium, 735
 His gelida pigri frigoris glacies inest.
 Addit venenis verba, non istis minus
 Metuenda. Sonuit ecce vesano gradu,
 Canitque. Mundus vocibus primis tremit.

que produce piedras preciosas, y corre con templadas aguas por los secos climas, y el Betis, *Guadalquivir*, que da el nombre á los países por donde pasa, y que desagua en el mar de España con su mansa corriente. *Hæc passa*, cortó á esta con el acero al salir el sol; el ramo de aquella fué cortado á media noche. *At seges*, la semilla de esta fué cortada con sus unas encantadas, y exprime la podre de las serpientes, y mezcla las aves impuras, y el corazón del triste buho, y las entrañas de la ronca abubilla, que se las sacaron estado viva. *Ponit discreta*, pone separados estos venenos: unos tienen la voraz fuerza del fuego: otros la activa frialdad del yerto hielo. *Ecce sonuit*, ya viene haciendo ruido con sus pasos furiosos.

SCENA II.

MEDEA.

Comprecor vulgus silentium; vosque, ferales deos, 740
 Et Chaos cæcum, atque opacam Ditis umbrosi domum,
 Tartari ripis ligatos squalidæ Mortis specus,

Vos comprecor, á vosotras imploro, almas de los difuntos, y á vosotros, dioses infernales Pluton y Proserpina, y al confuso Chaos, y á la oscura casa del sombrío Pluton, y las cavernas de la triste muerte, á las que rodean las riberas de los rios del infierno; venid

CATASTASIS Medea invoca las almas de los difuntos, y empezando los encantos segun el ceremonial, envia por medio de sus hijos á

Creusa un manto, un collar y una diadema, todo encantado. Los versos son trocáicos, yambos, trimetros, dimetros y anapésticos.

Suppliciiis, animæ, remissis, currite ad thalamos novos.
 Rota resistat membra torquens : tangat Ixion humum,
 Tantalus securus undas hauriat Pirenidæ. 745
 Gravior uni pœna sedeat conjugis socero mei :
 Lubricus per saxa retro Sisyphum volvat lapis.
 Vos quoque, urnis quas foratis irritus ludit labor,
 Danaides, coite : vestras hic dies quærit manus.
 Nunc meis vocata sacris, noctium sidus, veni, 750
 Pessimos induta vultus, fronte non unâ minax.
 Tibi, more gentis vinculo, solvens comam,
 Secreta nudo nemora lustravi pede.
 Et evocavi nubibus siccis aquas ;
 Egique ad inum maria, et Oceanus graves 755
 Interiùs undas, æstibus victis, dedit.
 Pariterque mundus lege confusâ ætheris
 Et solem et astra vidit, et vetitum mare
 Tetigistis, Ursæ. Temporum flexi vices :
 Æstiva tellus floruit cantu meo, 760
 Messem coacta vidit hibernam Ceres.
 Violenta Phasis vertit in fontem vada ;
 Et Ister, in tot ora divisus, truces
 Compressit undas, omnibus ripis piger.

á las nuevas bodas, suspendiendo el castigo de las almas. *Rota*, párese la rueda que atormenta á Ixion, y toque la tierra; beba Tántalo seguramente el agua de la fuente Pirene. Mayor castigo padezca Creonte, suegro de mi esposo Jason. Cese Sisifo de subir el peñasco que rueda por el monte abajo. Asistid también vosotras, hijas de Danao, de las que se burla vuestro afán inútil por estar agujereado el cántaro: este día requiere vuestro trabajo. *Nunc vocata*, ven ahora, o Luna, astro de la noche á quien he invocado en mis sacrificios, revistiéndote de semblante maligno, en mas de un aspecto infausto. *Solvens*, suelto el cabello en honor tuyo, según costumbre de los encantadores, etc. *Et evocavi*, saqué agua de las secas nubes, y abati el mar hasta lo profundo; y el Océano desde su hondo asiento arrojó sus pesadas olas, vencidos sus remolinos; y el mundo, confundiéndose las leyes celestiales, vió al mismo tiempo el sol y los astros, y vosotras, Osas, os sumergisteis en el mar que os estaba prohibido: varié las estaciones de los tiempos. La tierra seca produjo flores con mis encantos, y Ceres se vió precisada á dar mieses en la estación del invierno. El río Fasis volvió hácia su origen sus corrientes rápidas, y el Danubio, divi-

Tibi more, se hacian los encantos con el cabello tendido, descal-

zándose los dos piés, y los hombros desnudos.

Sonueræ fluctus : tumuit insanum mare 765
 Tacente vento : nemoris antiqui domus
 Amisit umbram vocis imperio meæ.
 Die relicto Phœbus in medio stetit ;
 Hyadesque nostris cantibus motæ labant.
 Adesse sacris tempus est, Phœbe, tuis. 770
 Tibi hæc cruenta sarta texuntur manu,
 Novena quæ serpens ligat :
 Tibi hæc Typhoeus membra quæ discors tulit,
 Qui regna concussit Jovis. 775
 Vectoris istic perfidi sanguis inest,
 Quem Nessus exspirans dedit.
 OEtæus isto cinere defecit rogos,
 Qui virus Herculeum bibit.
 Piæ sororis, impiæ matris facem,
 Ultricis Althææ vides. 780
 Reliquit istas invio plumas specu
 Harpyia, dum Zeten fugit.
 His adice pennas sauciæ Stymphalidos,
 Lernæa passæ spicula. 785
 Sonuistis, aræ : tripodas agnosco meos,
 Favente commotos deâ.

dido en tantas bocas, contuvo sus espantosas olas, haciéndose de mansa corriente en todas las riberas; resonaron las olas, alborotóse el furioso mar, estando en calma el viento. *Hyadesque*, y las estrellas caen atraídas con mis encantos. *Phæbe*, o Luna. *Sarta hæc*, para tí se tejen con mis sangrientas manos estas guirnaldas, las que enlaza una serpiente, dándolas nueve vueltas; para tí esta que tuvo en vez de miembros el guerrero Tifeo, que trastornó el reino de Júpiter: ahí tiene del fermentido Neso, que pasó á Deyanira (por el río Eveno), la sangre que derramó muriendo. La hoguera de Oeta se resolvió en esta ceniza, que empapó la ponzoña con que murió Hércules: ves el hacha de la piadosa hermana, de la desapiadada madre, la vengativa Altea. *Adice*, añade á estos venenos la pluma de una de las aves estinfálidas, herida con la saeta enherbolada con la hiel de la hidra lerneá. *Sonuistis*, sonaron los altares: reconozco mi tripode, ó mesa de tres piés, conmovida con la presencia de la diosa...

Sarta, guirnaldas de yerbas venenosas.

Serpens novena, esto es, una guirnalda de nueve culebras, ó de una que da nueve vueltas. Tifeo, uno de los gigantes que hicieron guerra á Júpiter; tenía dos grandes cule-

bras por piés.

Piæ sororis, Meleagro dió muerte á sus tíos, hermanos de Altea, madre de Meleagro, y según Homero fué muerto por su madre.

Stymphalidos, véase Hércules.

Video Triviæ currus agiles,
 Non quos pleno lucida vultu
 Pernox agitat, sed quos facie
 Luridâ mœsta, cùm Thessalicis 790
 Vexata minis, cœlum freno
 Propiore legit: sic face tristem
 Pallida lucem funde per auras;
 Horrore novo terre populos;
 Inque auxilium, Dictynna, tuum 795
 Pretiosa sonent æra Corinthi.
 Tibi sanguineo cespite sacrum
 Solemne damus. Tibi de medio
 Rapta sepulcro fax nocturnos
 Sustulit ignes. Tibi mota caput 800
 Flexâ voces cervice dedi.
 Tibi funereo de more jacens
 Passos cingit vitta capillos.
 Tibi jactatur tristis Stygiâ
 Ramus ab undâ. Tibi, nudato 805
 Pectore, Mœnas sacro feriam

Video, advierto el ligero carro de la luna, no el que brillante mueve toda la noche en el plenilunio, sino el que triste con pálido aspecto, molestada con los encantos de los de Tesalia, conduce por el cielo, acercándose mas á la tierra. *Tibi sanguineo*, te ofrecemos solemne sacrificio en ara de césped, rociada con sangre de una cordera negra: una hacha arrebatada de un sepulcro encendió en honor tuyo los fuegos que arden por la noche. *Mota circa caput*, girando en torno la cabeza te invoqué rendidamente, en tu honor ciñe la venda los cabellos sueltos y tendidos como en los funerales: á tí se ofrece un ramo de la laguna Estigia: como bacante heriré mi pecho y brazos descubiertos con el puñal sagrado...

Dictynna, tomó este nombre Diana de su compañera Britomarte, la cual cayendo en el mar en una red de pescadores, que esto quiere decir *diktyon*, se ahogó.

Pretiosa, anacronismo, con que alude á la escena romana de su tiempo. Habiendo sucedido un grande incendio en Corinto, se derribaron varias estâtuas de oro y bronce, de los cuales metales se hicieron despues utensilios, como jarros, tazones, etc.; por esta mezcla el Corintio era superior á cuantos se co-

nocian.

Sanguinea, hacíase un hoyo en tierra que se rociaba con sangre de una cordera que tuviese la piel negra, y con el césped que cubria el hoyo se formaba una ara en figura cuadrangular, en donde se sacrificaba la cordera.

Fax, los mágicos usaban en sus encantos de las hachas que ardian en los sepulcros.

Mota, girandola en torno como hacian los coribantes.

Brachia cultro.
 Manet noster sanguis ad aras.
 Assuesce, manus, stringere ferrum,
 Carosque pati posse cruores. 810
 Sacrum laticem percussa dedi.
 Quôd si nimium sæpe vocari
 Quereris, votis ignosce, precor.
 Causa vocandi, Persei, tuos
 Sæpius arcus, una atque eadem 815
 Semper lason. Tu nunc vestes
 Tinge Creusæ, quas cùm primùm
 Sumpserit, imas urat serpens
 Flamma medullas. Ignis fulvo
 Clusus in auro latet obscurus: 820
 Quem mihi, cœli qui furta luit
 Viscere fœto, dedit et docuit
 Condere vires arte Prometheus.
 Dedit et tenui sulfure tectos
 Mulciber ignes. Et vivacis 825
 Fulgura flammæ de cognato
 Phœthonte tuli: habeo mediæ
 Dona Chimæræ: habeo flammæ
 Usto tauri gutture raptas,
 Quas, permixto felle Medusæ, 830
 Tacitum jussi servare malum.
 Adde venenis stimulos, Hecate,
 Donisque meis semina flammæ
 Condita serva. Fallant visus,
 Tactusque ferant. Meet in pectus 835

Manus, acostumbraos, manos, á desenvainar la espada para poder derramar la de mis queridos hijos. Me abrió la sagrada vena. *Persei*, o Hecate. *Arcus tuos*, tus rayos, influencia, favor. *Serpens*, serpeando, dilatándose insensiblemente. *Ignis*, en el rojo oro se oculta escondido el fuego que me dió Prometeo, el cual pagó haberlo hurtado del cielo con renacerle las entrañas. Tambien Vulcano me dió su fuego encubierto en el sutil azufre: de mi deudo Faetonte tomé el resplandor de la brillante lama. *Chimæræ*, de las entrañas de la Quimera. *Habeo*, tengo las llamas que robé de los famosos toros que las respiraban, las cuales, mezcladas con la hiel de Medusa, dispuse que tuviesen oculto el daño. *Adde*, da actividad á estos venenos. *Fallant*, engañen la vista, y ocúltense al tacto. *Meet*, introdúzcase, dilátense.

Venasque calor. Stillent artus,
 Ossaque fument; vincatque suas
 Flagrante comâ nova nupta faces.
 Vota tenentur; ter latratus
 Audax Hecate dedit, et sacros 840
 Edidit ignes face luctiferâ.

Peracta vis est omnis. Huc gnatos voca,
 Pretiosa per quos dona nubenti feras.
 Ite, ite, nati, matris infaustæ genus,
 Placate vobis munere et multâ prece 845
 Dominam et novercam. Vadite et celeres domum
 Referte gressus, ultimo amplexu ut fruâr.

CHORUS.

Quonam cruenta Mænas,
 Præceps amore sævo 850
 Rapitur? quod impotenti
 Facinus parat furore?
 Vultus citatus irâ
 Riget, et caput feroci
 Quatiens superba motu 855
 Regi minatur ultrò.
 Quis credat exsulantem?
 Flagrant genæ rubentes,

Artus, derritanse las coyuntaras. *Nupta nova*, y las llamas del cabello de la nueva esposa sean mayores que las de las antorchas nupciales: han sido oídos mis votos. *Et edidit*, é hizo brillar el sagrado fuego de la hacha funesta. *Vis omnis*, he empleado toda la fuerza de mis hechizos. *Quonam*, ¿hácia dónde va precipitada la Bacante furiosa, arrebatada del cruel amor? ¿qué maldad maquina llevada del furor desenfrenado? el semblante alterado con la ira se muestra severo. *Genæ*, sus mejillas sonroseadas están encendidas y la palidez ahuyenta el color rojo...

Sacros edidit, la presencia de la diosa se conocia en que temblaba el suelo, y se veia brillar su carro.

Chorus. El coro se teme del furor de Medea, y abomina su malignidad.

Los versos son yámbicos dímetros catalectos.

Quonam, prosopografía, con la que describe el poeta el semblante iracundo de Medea.

Pallor fugat ruborem.
 Nullum vagante formâ 860
 Servat diu colorem.
 Huc fert pedes et illuc,
 Ut tigris orba gnatis,
 Cursu furente lustrat
 Gangeticum nemus: sic 865
 Frenare nescit iras
 Medea; non amores:
 Nunc ira amorque causam
 Junxere. Quid sequetur?
 Quando efferet Pélasis 870
 Nefanda Colchis arvis
 Gressum: metuque solvet
 Regnum simulque reges?
 Nunc, Phœbe, mitte currus 875
 Nullo morante loro,
 Nox condat alma lucem,
 Mergat diem timendum
 Dux noctis Hesperugo.

Formâ, mudando de aspectos. *Nemus*, el bosque donde corre el Ganges. *Sic nescit*, así Medea no puede refrenar. *Quid sequetur*, ¿qué efecto se seguira? *Quando Colchis*, cuando saldrá de los dominios de Creonte la abominable Medea natural de Colcos. *Mitte*, suelta las riendas á los caballos de tu carro. *Hesperugo*, el lucero de la tarde, que va delante de la noche, oscurezca este temible día

ACTUS QUINTUS.

NUNTIUS. CHORUS. NUTRIX. MEDEA. JASON.

NUNT. Periere cuncta: concidit regni status.
 Gnata atque genitor cinere permixto jacent. 880
CH. Quâ fraude capti? *NUNT*. Quâ solent reges capi;
 Donis. *CH*. In illis esse quis potuit dolus?
NUNT. Et ipse miror; vixque jam factò malo

ACTO V. Cuenta el mensajero que Creusa con su padre y todo el pala-

cio ardieron con el regalo de Medea, la que despedazando sus hijos huye.